

Obsurda virides dumos & opaca vireta:
 Nos comple, Philomela, modis: numerosq; bibentē
 Aure tuos auida, totum me argutula comple
 Cantibus argutis, & multisono modulatu.
 Si facias, hac sunt (& res mea vota sequetur)
 Qua gratus precor, & grato tibi carmine canto.
 En age, viue, precor, nobis per frondea lura
 Cōfraga, viue, precor, lōgos, Philomela per annos.
 Orphea tu syluas ducentem, Amphiona rupes,
 Argutumq; Linum, Methymnaumq; domantem
 Mōstra maris, querulos animat dūpectore nervos,
 Longè prater eas, tunabilia, nauia, lyrasque
 Argutas, una obscures: veterisque cicadam
 EVnomij, doctosq; modos seu quidquid in umbra
 Arcades imparibus calamis cecinere per alta
 Manala: tu Phœbo Musisque canentibus una
 Inuidiam, Philomela, moue, magnoque nepoti
 Pleiones. nec tu porrò tamen omnibus istis,
 Nec senibus cygnis, quando sua funera mœrent,
 Inuidias arguta modos. Te nulla sonora
 Hydraulis moueat, nec acuto carmina cantu,
 Quamuis mille gemant media de nocte per alta
 Auia, sylvarumque procul vocalis imago
 Responset longūm fractas ad sydera voces:
 Nec qua multiplices syriæ argentea cantus
 Follibus increpitans animata tumentibus edit:
 Edit inaequales digitis pulsantibus vrgens

Multisono